ticæ, ubi Nodi ſunt in Quadraturis & Luna in oppoſitione Solis, eſſe quaſi 5 *gr.* Ubi verò Nodi ſunt in Syzygiis, eandem docent eſſe 5 *gr.* 17′½ vel 5 *gr.* 18′.

Si jam deſideretur Orbis Inclinatio illa, ubi Luna in Syzygiis & Nodi ubivis verſantur; fiat *AB* ad *AD* ut Sinus 5 *gr.* ad Sinum 5 *gr.* 17′. 46″, & capiatur angulus *AEG* æqualis duplicatæ diſtantiæ Nodorum à Quadraturis; & erit *AH* Sinus Inclinationis quæſitæ. Huic Orbis Inclinationi æqualis eſt ejuſdem Inclinatio, ubi Luna diſtat 90 *gr.* à Nodis. Aliis in Lunæ locis inæqualitas menſtrua, quam Inclinationis variatio admittit, in calculo Latitudinis Lunæ compenſatur & quodammodo tollitur per inæqualitatem menſtruam motus Nodorum, (ut ſupra diximus) adeoque in calculo Latitudinis illius negligi poteſt.



Scholium.

Hactenus de motibus Lunæ quatenus Excentricitas Orbis non conſideratur. Similibus computationibus inveni, quod Apogæum, ubi in Conjunctione vel Oppoſitione Solis verſatur, progreditur ſingulis diebus 23′ reſpectu Fixarum; ubi verò in Quadraturis eſt, regreditur ſingulis diebus 16⅓ circiter: quodque ipſius motus medius annuus ſit quaſi 40 *gr.* Per Tabulas Aſtronomicas à *Cl. Flamſtedio* ad Hypotheſin *Horroxii* accommodatas, Apogæum in ipſius Syzygiis progreditur cum motu diurno 24′. 28″, in Quadraturis autem regreditur cum motu diurno 20′. 12″, & motu medio annuo 40 *gr.* 41′ fertur in conſequentia. Quod differentia inter motum diurnum progreſſivum Apogæi in ipſius Syzygiis, & motum diurnum regreſſivum in ipſius Quadraturis, per Tabulas ſit 4′. 16″, per computationem verò noſtram 6′⅔, vitio Tabularum tribuendum eſſe ſuſpi-

[ ]

ſuſpicamur. Sed neque compu
eſſe putamus. Nam rationem
motus diurnus progreſſivus in ip
greſſivus in ipſius Quadraturis,
autem, ut nimis perplexas & ap
ſatis accuratas, apponere non lu

Prop. XXXV

Invenire vim Solis

Solis vis *ML* ſeu *PS*, in Qu
dos motus Lunares, erat (per P
tis apud nos ut 1 ad
638092,6. Et vis
SM—*LM* ſeu 2*PK*
in Syzygiis Lunari-
bus eſt duplo major.
Hæ autem vires, ſi
deſcendatur ad ſu-
perficiem Terræ, di-
minuuntur in ratio-
ne diſtantiarum à centro Terræ,
que vis prior in ſuperficie Ter
38604600. Hac vi Mare depr
Sole. Vi alterâ quæ duplo ma
& in regione Soli oppoſita. Su
ut 1 ad 12868200. Et quonia
ſive ea deprimat Aquam in regi
ſive elevet eandem in regionibu
ſumma erit tota Solis vis ad Ma
effectum ac ſi tota in regionibus
varet, in regionibus autem quæ